

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Berzelaevs.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

D. Sal-  
sic sim-  
nalum  
ni, fil-  
ortuus.  
uctum  
audito-  
tæ, ub-  
lo uni-  
in mo-  
adve-  
Regem  
um est:  
ed mi-  
e ven-  
ras, &  
sum  
& uxo:  
delissi-  
(quod  
unicos-  
nnes &  
Nam  
Absalo-  
redem-  
lenite-  
as, effi-  
ciam  
cm, sed  
s, quam

ciām, ut ante noctem omnes ad unum a te defi-  
cient: quo gravius malum, nullum unquam in  
vita tibi evenit.

## SENTENTIA.

*Honora parentes tuos, si vis vivere diu. Is in-  
dignus est vita, qui in autorem vitæ suæ ingratu-  
est. Dignus est infami morte, qui bonum malo  
pensat. Ardentem amorem ne summa quidem in-  
juria extinguit.*

## BERZELAEVS. 2 Reg. 19.

## ARGUMENTVM.

Berzelæum pro ejus in se meritis vult  
David in aulam ducere. Sed illo propter  
senectam recusante, abducit ejus loco  
Chamaamum.

*Berzelæus, David.*

**S**alve, nobis tandem reddite Israelitarum Rex,  
**D.** O salve multum Berzelæ, homo de me  
multum bene merite. Trajicies tu mecum Jor-  
danem: ego te apud me alam Hierosolymis.  
**B.** At quot annos natus, ut cum Rege Hierosoly-  
mam ascendam? Ago nunc octogesimum an-  
num: a) poterone bonum a malo discernere?  
poterone cibo & potionе delectari? aut fidici-  
num, fidicinariumve cantus audire? Liceat mihi  
tecum paululum trans Jordanem progresso (cur  
enim tanto me cumules beneficio?) liceat, in-

H 4

quam

a) Senectus & judicio deficitur, & voluptatum minus  
capax est.



quam, reverti, & in mea patria finire vitam, in que meorum parentum sepulchro humari. Ceterum hic Chamaamus tecum perget: hoc tu uteris, ut tibi visum erit. *D.* Ergo trajiciat Chamaamus, <sup>b)</sup> ego eum omnibus beneficiis ornabo, quibus ornandum esse judicaveris, tibique omnia præstabo, quæ a me expetiveris.

## SENTENTIA.

*In homines pios & gratos bene conferuntur beneficia.*

BATHSEBA. I Reg. I.

## ARGUMENTVM.

Bathseba, de Nathanis consilio a vetulo Davide impetrat, ut Rex creetur Salomo.

*Nathan, Bathseba, David, Banajas.*

**A**n non audivisti, Bathseba, Adoniam Hagithæ filium, Regem creatum esse, inscio domino nostro Davide? Age, dabo tibi consilium, quo tuæ, tibique filii Salomonis vitæ consulas. Conveni Regem Davidem, ex eo quære, qui fiat, ut cum Salomoni filio tuo Regnum post se, soliumque suum sit pollicitus, nunc regnet Adonias? Ego, te adhuc cum eo colloquente, ingrediar post te, & tuam orationem complebo. *B.* Bene consulis, adeo eum. Salve Rex. *D.* Quid vis? *B.* Domine, tu mihi per Jovam Deum tuum jurasti, Salomonem filium meum post te Regem fore, & in solio tuo sessurum. Atqui Adonias, te ne-

sciente,

<sup>b)</sup> Etiam amicis bene de nobis meritorum gratiam referre officii est.

